



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Atrebatensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

& Capellam sancti Iacobi de Thesfon cum ponte & omnibus pertinentiis suis, exclam Andegavensem cum molendinis, piscaturis, & omnibus pertinentiis suis, nemus de Deserta cum pertinentiis suis, domos vestras quae sunt supra pontem Andegavensem & de utraque folia cum augmentatione nundinarum, & medietatem dicti pontis Andegavensis cum pertinentiis suis, justitiam & tenimenta quae habetis in feudo Regis & alii dominicis feudis. Tenimenta quae habetis in Verreriis, in Chefneia, in feudo de Sance, in Pyreio, in Iuncherius, Iurletra, Morino, Corrourio, Telleia, in feudi de Fougere, de Rameforti, & Oliverij Andefrei, & Agnetis de Chastellione. Redditus quos habetis in Chantoccio, Segreio, Salmurio, Castro, novo, & ea quae habetis in Agrifame, in feudo Falconiorum, & in Loicaneria. Villam quae dicitur Fontanas Borrel, cum omnibus pertinentiis suis. Curaturam molendini vestri de fontibus per terram Boccardi de Marolio. Massuram integrum de Cuelcio cum hominibus & aliis pertinentiis suis. Reddutum triginta solidorum apud Syrenas. Villam de Rochetis, cum hominibus & aliis pertinentiis suis. Tenimenta quae habetis in feudi de Foldonio & de Brein. Calefagium vestrum de Valeia, & paenitentia de Mounes, & ea quae habetis in Avalo & in Floreio. Sanè novarium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Constituimus etiam ut Episcopus vel officiales ipsius à præscripta domo nil requirat præter ea quæ de jure sibi episcopali debentur, nec ministri aut fratres ipsius absque manifesta & rationabili causa excommunicationi vel suspensioni ab aliquo supponantur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatam domum temere perturbare aut ejus possessiones auferre &c. Salva sedis apostolice auctoritate & diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona &c. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus &c. usque in finem. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariæ in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij XVIII. Kal. Maij, Indictione XI. incar-

nationis dominice anno * M C C V I. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno undecimo.

EPISCOPO ATREBATENSI.

CVm juxta canonicas sanctiones ubi multorum strages est, severitati sit aliquid subtrahendum, in usurarios, qui tantum in civitate ac diocesi tua excrevisse dicuntur quod si censura in Lateranensi Concilio prodita contra tales proferretur in omnes, omnino claudi Ecclesiæ præmultitudine oporteret, cum ea poteris cautela procedere ut universos insimul non involvas, sed tuum incipias ab aliquibus officium exercere, illius instructus exemplo contra quem cum accipientes denarium murmurarent, non omnibus sed uni eorum dixisse refertur: *Amice, non facio tibi injuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? &c.* Presbyterum vero in custodia sibi facias deputata manere qui quondam, ut afferis, de Canonicô regulari monachus Cisterciensis effectus, ac deinde ad ordinem nigrum rediens, & demum ad secularis devolutus, propter haeresim quam publicè prædicabat à tuo fuit prædecessore per septem annos in custodia carcerali detentus, à qua tandem te sibi compatiante retractus, retrusus est postmodum in eandem, quoniam sicut prius haereses seminarabat. Datum Laterani XIIII. Kal. Maij, anno undecimo.

ABBATI ET CONVENT VI
sancti Calixti Cismonensis.

CVm, sicut afferitis, quidam laici quasdam habeant monasterij vestri decimas & terras in feudum, præsentium vobis auctoritate concedimus ut ipsas terras & decimas liceat vobis in pignus accipere ac in fortē quod de fructibus percipietis earum minime computare, dummodo super obsequio quod ratione feudi tenentur impendere non graventur. Datum Laterani XIIII. Kal. Maij, anno undecimo.

R. TROSELLI CANONICO
sancti Vrfini Bituricensis.

SOlet annuere &c. Licet autem à maiori & seniori parte Capituli sancti Vrfini Bituricensis electus fuerit in Priorem, quia tamen dilectus filius Cantor Bituricensis Ecclesiae, qui electus fuerat à quibusdam, in judicio tibi obiciens quod unus de judicantibus quoddam duellum extiterat de quo sanguinis effusio fuerat subsecuta, id per duos testes sufficienter probavit,

F. 61.
Eum iustitia
quoniam debet
erga usurarios
& Prelatos
in haereticis
lapsum.

F. 61.
Ut eis sunt
decimas & ter-
ras pignora-
bant obligata.

F. 64.
Dilectus filius
cum ut beatus
cuius tenet,
quamvis fecerit
judeo diuelli.